



**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]  
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.  
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

**Rupert <von Deutz>**

**[Köln], M. D. XXVII.**

**VD16 B 3835**

Cap. II. Et préparauit dominus piscem grandem, vt deglutiret Jonam. Et  
erat Jonas in ventre ceti tribus diebus, [et] tribus noctibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

COMMENTA R VPER ABBA LIB I

CAP. II Et preparauit dominus pescem grandem, ut deglutiret Jonam. Et erat Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus. Piscis iste fuit uenter pescis huius aucthorae domino cor terrae, id est, sepulchrum significat: Dixit enim: Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terrae, tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terrae, tribus diebus & tribus noctibus. Quamvis ergo dicat ipse Ionas in oratione sua. De uentre inferni clamaui, & exaudisti uocem meam.

Matt. 12. Sic inde intelligimus, & sic intelligendum est, quod non infernum quo anima descendit, sed sepulchrum quo corpus reconditum est, uenter pescis significet. Quod si per cor terrae infernum quis intelligendum esse contendat, eo quod profunda, sive inferiora terrae creditur in-

Venter inferi cor terrae. ferius esse, iuxta quod de Dathan & Abiron, quos terra sorbuit ibidem scriptum est: Delin-

deruntq; uiui in infernum, operti humo, respondeat: Quomodo anima domini, tribus die-

bus & tribus noctibus in inferno fuisse credenda sit, cum potius eadem die, qua de corpore emissa est, confracto in inferno, paradisum introierit: iuxta quod ipse latroni confitentis dicitur:

Luc. 23. Amen dico tibi, hodie tecum eris in paradyso. Igitur præparauit dominus pescem grande, ut deglutiret Ionas, id est, prouidit, ut dominicum corpus in terra, quæ gradi uentre mortis cunctos suscipit homines, paratam haberet sepulturam. Quomodo uel quando præparauit? Evidem inspirando Iosephi iustum, quatenus eum sepeliret, hoc præparauit. Sed est aliud præclarius, in quo huius rei præparatione admireris, uidelicet decretum, sive au-

Lxx de pedes te in ligno. ritas sanctæ ac mysticæ legis. Quando, inquit, peccauerit homo, quod morte plectendum est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia maledictus à deo est qui pendet in ligno, & nequam contaminabis terram tuam quam dominus deus tuus dederit tibi in possessionem. Prudentiam de taliter decernentis, satis digne non possumus admirari. Per hoc enim legis decreta scribæ & pharisei miro modo decepti sunt in sua malitia, ut dominum nostrum uere & singulariter benedictum, putarent maledictum fieri pro tali genere mortis, & capti sunt, ut uel lent nollent, sepultura non careret ipse quæ insatiabili odio sunt persecuti. Decepti, inq; sunt, qui legentes maledictus à deo qui pendet in ligno, non attenderunt quod præmissum est: quod peccauerit homo, quod morte plectendum est. Hoc enim præmittendo sacra & iusta lex maledictū astruit, nō ex pena esse, sed ex causa sive culpa. Ipsa autem estimari uoluerit, qd ma-

Utilitas sepulcra Christi. ledictum faceret talis pena. Quæ autem poscebat causa sive utilitas ut taliter deus filio suo Iesu Christo sepulturam prouideret? Illa nimis, ut sicut anima eius ad infernos defendendo, animas omnium electorum eriperet, ita corpus eius in terra sepultum, corporibusque per sepulturam sociatum, resurrectionis gratiam illis afferret, resurgentem in primis, ut carcer corpora sequerentur, quod futurum est. Magno itaq; & uenerando consilio de sepellendis omnibus crucifixis data est lex, dicendo hæc quæ prædicta sunt, ut dum omnes sepelientur, unus crucifixus sepultura non careret. Sed in eadem (inquit) die sepelietur. Quam ob causam? Quia maledictus (inquit) à deo est, qui pendet in ligno. Dure quidem sonus, enuntiatio

Maledictus a deo, folio Chri- tio maledicti, ut ipse qui uenit benedictus in nomine domini, maledictus dicatur cum praescripto legis, sed si rite perpendas qd additum est à deo, magna suauitas latet in uerbo alio per-

Gene. 4 Longe enim aliud est esse maledictum a deo, & aliud esse maledictum à suo peccato. Nam

quicunque damnatione maledicti sunt, non à deo maledicti sunt, licet eos deus ipse aliquatenus.

Esa. 53 Tulerit, & hoc a deo: Dominus enim (inquit Esaias) posuit in eo iniurias omnium nostrorum super terram, sed non dixit: maledictus es a me, sive ego maledico te. T' alium namq; maledictio, peccatum ipsorum est. Peccatum autem non est a deo. Vnus ergo & solus dominus nos

Gala. 3. Est in apostolo non inuenis. Sed est sciendum, quia non secundum Hebraicam uerbi sententiam posuit, & hoc necessario, quia uidelicet nimis importunum fuisset demonstrare, nunc

Responsio Vbi scriptum hoc esse meminit, non habetur omnis, & econtrario quod illuc habetur deo est, in apostolo non inuenis. Sed est sciendum, quia non secundum Hebraicam uerbi sententiam posuit, & hoc necessario, quia uidelicet nimis importunum fuisset demonstrare, nunc

IN IONAM PROPHE. CAP. II. Fo. CXX.

aliquid corrigendum esse scripturis, quando ueritatem dei græcis incipiebat commendare de scripturis, & gratiam Christi, qui ut in gentibus benedictionem daret, maledicti opinionem sustinuit apud Iudeos male intelligentes decreta bona & sanctæ legis. Igitur (inquit) in ea dem die sepelies eum, & non contaminabis terram tuam quam dominus deustus dederit tibi in possessionem. ¶ Quæ est illa terra, quæ dominus deus nobis in possessionem dedit, nisi caro Christi, quæ (ut iam dictum est) sepeliri sanctæ legis author spiritus curauit? Nam terra quam calcamus, quomodo magis sepulso, & in suo sinu suscepto, q̄ in sepulchro crucifixi cadavere cōstatiminetur? Illud potius corpus contaminatur, i. pro contaminaōe & immunditia sua abiiciatur, cui merito contingit, ut nō sepeliatur, sicut de quodā pro parte uindictæ dictū est, sepulta asini sepelietur. Hæc idcirco prolixius dicta sunt, ut præparatā legis autoritate sepultam Domino nostro monstraremus, secundum illam præparationem mysticam, siue figuratiuā, de qua sic dictum est: Et præparauit dominus pīscem grandem, ut deuoraret Ionam. Illa præparatio, id est, decretum legis, uiam fecit alteri præparationi, cuius Ioseph uir iustus minister esse meruit, de qua uidelicet præparatione sic Euāgelia referunt. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, ortus, & in orto monumentū nouū, in quo nondū quisquā positus fuerat. ¶ Et erat Ionas in uentre pīscis tribus diebus, & tribus noctibus. Hoc queritur, quomodo secundū hunc typum tres dies & tres noctes dominus in corde terræ fecerit, cum hora nona diei paracœus emissō spiritu sepultus, prima sabbati media nocte surrexerit. Ad quod dicendum idem est quod à sanctis patribus est iā dictū: quia totū à pte intelligimus, ita ut ex eo quod in paracœus mortuus est unam diem suppitemus & noctem, & sabbati alterā: terciā vero noctem, quæ diei dominicæ mancipatur, ad alterius diei referamus exordiū. Nec uero incongrue secundum tropum qui dicitur synecdoche, in tali re totum à parte intelligimus. Dixit enim adhuc uiuens mortalis cum mortalibus. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te uenio. Cum essem cum eis, ego seruabā eos in nomine tuo. Quæcunq; causam dicas, siue intelligas propter q̄ ueraciter dixerit: quia iam in mundo non erat, propter eandem causam consequēter intelligis: quia iam in uentre ceti erat. Erat autem iam uespera, siue nox illum diem præcedēs, qua crucifixus, mortuus, & sepultus est. Recte ergo totus ille dies paracœus cū præeūte nocte sepulturæ deputat, quia uidelicet ab illa uespera, siue hora, qua factus in agonia siue cū morte agonizans, traditus & comprehensus est, quicq; quid de illo uel circa illū actū est, quicquid passus est, descendere fuit in uentre ceti, ire in cor terræ, & quippe cū scdm cor suū de illo faceret, illi qui intendebant non ccelo sed terræ, non cessari donec occisus traderef terræ. De sabbato & præeūte iphius nocte, nulla est quæstio quin toto die illo quieuerit in sepulchro. Tertiū diei media nocte surrexit, sed nō fuit creditū quod resurrexisset usq; ad uesperam eiusdem tertij diei, quando stans in medio discipulorum suorum, dixit eis, pax uobis. Proinde & ille dies cōnumeratur duobus ceteris, ut tres dies sint, & IbiDEM, 20 & uerū est, quod de semetipsa ueritas dixit. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. ¶ Hic ille Mysterium lud quoq; non præterire libet, quia si ab ore qua spiritum tradidit computes usq; ad horam, qua surrexit, id est, usq; ad medium noctis, inuenies quia tam in quantitate horarum, quam in quantitate dierum, ternarius fulget numerus sacer & ue nerabilis. Nona quippe hora spiritu tradidit, & restabant horæ tres eiusdem diei. Quæ coniunctæ noctis & diei sequentis horis uiginti quatuor, & illius qua surrexit, noctis medio, id est, horis sex, nimurum faciunt triginta tates qui in numero ambo sunt ternarij, alter decenus, alter uero singularis. Item in annis niseodem modo, idem numerus considerandus est: quia uidelicet is in quo passus est, annus eius tricesimostrius erat, anno etatis suæ tricesimo baptizatus est, anno prædicationis suæ tertio passus est. Quid sibi uult talis uel tanta obseruatio numeri ternarij, in dispensatione sanctæ eius humanitatis? Triginta namq; annis, qui numerus (ut iam dictum est) ternarius decepsus est, secretus uixit, & tertio suæ prædicationis anno passus est, trigesima tribus horis exactus facuit, & tertia die resurrexit. Veneramur temporum obseruationem, inesse non dubitantes mysterij dignitatem, quod & si totum, ut est, comprehendere non possumus, illud tamen occurrit, quo non minime delectamur: quia uidelicet Sanctæ Trinitati patri, & filio, & spiritui sancto, quem offendit Adam primus, semetipsum ad satisfaciendum pro nobis

Hiere, 22

Iohā. 19.  
Quæstio de  
tribus diebus  
Christi in se  
pulchro

# COMMENTA R VPER ABBA LIB I

Peccatum Adx

nobis offerebat iste Adam secundus. Ille namque factus cooperante similiq[ue] quodammodo fiduum uenerabiliter adhibente omnipotenti totius trinitatis ad gloriam suam, secundum hec ueba, faciamus hoiem ad imaginem & similitudinem nostram, sic offendit, ut proposifra dei commineret similitudinem, perdendo fidem, amittendo spem, non habendo charitatem. Fidem quippe perdidit, qui serpenti magis quam deo crediti, serpenti dicenti, nequaquam morte morietur, magis attendit quam deo dicenti, in quo cuncte die come deritis ex eo morte moriemini. Spem amici qui peccati conscius ad latebras configuit, ut abscondetur se a facie domini. Charitate non habuit, qui requirent se, & arguentem deum a se superba defensione reppulit. Sic ille offendit sanctam trinitatem, & dei perdidit similitudinem; hic autem ad hoc uenerat, ad hoc homo natus erat, ut suscepta a deo humanitas, homini sanctam placaret trinitatem, & in hominibus reformaret dei similitudinem. Delectet ergo, quod satisfaciens diuinitati in omnibus super dicti sternarii numeru obseruauit. ¶ Adde quod adhuc pulcherrimum est, quia tribus idem dico noster passionibus est consummatus, & flagellis caesus, crucifixus, laucea traxis, inter duos latrones ipse tertius pro latrone Barrabae commutatus. Merito ergo placata trinitas suam confessim generi humano faciem coepit ostendere, eductis omnibus de regione tenebrarum qui uenturi huius fidem habentes ex hac uita migrauerant, & praedicari uoluit nobis redditus ut baptizaremur in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Nunc cetera persequamus. ¶ Et orauit Jonas de ventre pescis ad dominum deum suum, et dixit: Clamaui de tribulatione mea ad dominum, et exaudiuit me. ¶ Quod dixit, & orauit Jonas ad dominum deum suum de utero pescis, & dixit: Intelligimus eum postquam in utero pescis solitus esse fenserit, non desperasse de domini misericordia, & totum ad obsecrationem esse conuersum. Deus enim qui dixerat de iusto, cum ipso sum in tribulatione, & cum inuocauerit me, dicam ad eum, adsum, adsuit ei. Et dicere potest: quia exauditus est, in tribulatione dilatauit me & orauit (ingredi) Jonas. Si Jonas domini typus est, & ex eo, quod tribus diebus & tribus noctibus circa ceti fuit, passionem eius indicat, debet & oratio illius typus esse dominica orationis. Proinde de primo secundum ipsius longe, deinde secundum personam saluatoris haec orationem per tractemus. Clamaui de tribulacione mea ad dominum, & exaudiuit me. ¶ De ventre inferi clamauit, et exaudiisti vocem meam. ¶ Non dixit, clamavi, sed clamauit; nec de futuro precans, sed de praeterito gratias agit, indicans quod eo tempore quo precipitatus in mare uidetur, & tantam corporis molem, & immanes rictus aperto ore se sorbere, dominum recordatur, & clamauerit uel aquis cedentibus, & clamore inueniente locum, uel toto cordis affectu, qui utitur in auribus dei clamor est magnus, & clamauerit ei, qui solus nouit corda horum, qui loquitur ad Moysen, quid clamas ad me, cum utique nil ante haec uocem clamasse Moysen, cui pertura commemoret. De huius mundi clamore & apostolus: clamantes (inquit), in cordibus vestris abba pater. Ventrem inferi, aliuum ceti praemagnitudine eius dicit. ¶ Et proiecisti me in profundum, in cor maris, et flumen circundedit me. ¶ Coniunctio per quam sic dicit, & proiecisti me, hic est sensus. Me clamante exaudiisti uocem meam, & cum exaudire, nisi hilominus proiecisti me in profundum, subauditur, ut ad maiorem uirtutis tuorum gloriam eripres me; quia rursus uidebo templum sanctum tuum. Proiecisti me in profundum, & non solum in profundum, quod potuisse fieri, uel esse prope littora, uel non longe ab arida, sed in cornu maris, id est, in medio maris. Nam cor animalis in medio est: & idcirco per metaphoram maris intelligimus medium maris. Et flumen (ait) circuredit me, id est, inundatio maris fluens refluens undique uallauit me. Hoc ipsum repetet, dicit. ¶ Omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt. ¶ Tu os autem gurgites, & tuos fluctus dico, non solum quia tu fecisti eos, sicut supra dixeram, & dominum deum ego timeo, qui fecit mare & aridam, uergetia quoniam eos mouisti propter me, nec intumescere iussisti super me. ¶ Et ego dixi: Abieci sunt a conspectu oculorum tuorum, veruntamen rursus uidebo templum sanctum tuum. ¶ Notandum quod non tunc primu[m] dicere, sed dixisse se afferit, abieci sunt a conspectu oculorum tuorum, ueruntamen rursus uidebo templum sanctum tuum. Constat ergo quod quando in mare mittebatur, in illa tribulacione secundum multitudinem doloris eius, & consolationes tantum lassificauerunt animam eius, prophetica illi gratia se se infundere abundatius atque clementius, ut sciret quoniam de tam profunda abiectione adhuc mirabiliter subleuaretur, & adhortaretur.

Psal. 90

Ela. 18

Crastio Ionae

Exo. 14.

Rom. 8.

Cor maris

¶ loquitur ad Moysen, quid clamas ad me, cum utique nil ante haec uocem clamasse Moysen, cui pertura commemoret. De huius mundi clamore & apostolus: clamantes (inquit), in cordibus vestris abba pater. Ventrem inferi, aliuum ceti praemagnitudine eius dicit. ¶ Et proiecisti me in profundum, in cor maris, et flumen circundedit me. ¶ Coniunctio per quam sic dicit, & proiecisti me, hic est sensus. Me clamante exaudiisti uocem meam, & cum exaudire, nisi hilominus proiecisti me in profundum, subauditur, ut ad maiorem uirtutis tuorum gloriam eripres me; quia rursus uidebo templum sanctum tuum. Proiecisti me in profundum, & non solum in profundum, quod potuisse fieri, uel esse prope littora, uel non longe ab arida, sed in cornu maris, id est, in medio maris. Nam cor animalis in medio est: & idcirco per metaphoram maris intelligimus medium maris. Et flumen (ait) circuredit me, id est, inundatio maris fluens refluens undique uallauit me. Hoc ipsum repetet, dicit. ¶ Omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt. ¶ Tu os autem gurgites, & tuos fluctus dico, non solum quia tu fecisti eos, sicut supra dixeram, & dominum deum ego timeo, qui fecit mare & aridam, uergetia quoniam eos mouisti propter me, nec intumescere iussisti super me. ¶ Et ego dixi: Abieci sunt a conspectu oculorum tuorum, veruntamen rursus uidebo templum sanctum tuum. ¶ Notandum quod non tunc primu[m] dicere, sed dixisse se afferit, abieci sunt a conspectu oculorum tuorum, ueruntamen rursus uidebo templum sanctum tuum. Constat ergo quod quando in mare mittebatur, in illa tribulacione secundum multitudinem doloris eius, & consolationes tantum lassificauerunt animam eius, prophetica illi gratia se se infundere abundatius atque clementius, ut sciret quoniam de tam profunda abiectione adhuc mirabiliter subleuaretur, & adhortaretur.

IN IONAM PROPHE CAP. II. Fd. CXXI.

uens inter uiuentes ueniret ad templū domini cū hostijs & muneribus, cōpetentes gratias mirabilis deo relaturus. Quod in illa se dixisse afferit, cōfirmat in uentre ceti his uerbis. Let cūdederūt me aquæ vīc̄ ad animā meā, abyssus vallauit me, pelagus cōoperuit cā pur meū: Ad extrema montiū descendī, terræ uectes cōcluserūt me in eternū. Et subleuabis de corruptione vitam meā, dñe deus meus. LCunctis istis declamationi bus, gbusrē uerissimā ueraciter astruit: Circūdederūt me aquæ usq; ad animā meā, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meū: Ad extrema montiū delcēdi, terræ uectes cōcluserūt me. Cunctis, inq; istis declamationibus subiūgēdo: Et subleuabis de corruptione uitā meā: competenter altissimo deo dat gloriā, plenissime sciens, & fideliter astruit: quia quæcūq; vult ille potens est & facere, & quia possibile est apud eum quod apud homines impossibile erat in eternū. Nā propter impossibilitatē hominū, cū dixisset, & terræ uectes circūdederūt me, addidit, in eternū: & propter possibilitatē dei subiunxit: Et subleuabis de corruptione uitā meā, pariterq; addens cū blandientis affectu, domine deus meus. Corruptionē, de qua subleuari sperat animā suā, uerū ceti dicit, in quo naufragia digerebantur inter qua potuisse hominē seruare, magna est gloria diuinā omnipotentiæ. Quādmodū & illud: quod tres pueri missi in caminū astuantis incēdij, in tantū illā si fuerūt, ut ne uestis, Danie, 3, menta quidē eorū odor ignis attingeret, & multa alia quæ supra naturā, à dño nature facta sunt. Quād dulce, q̄ salubre est homini qui post continētiū uite tranquillitatē, tentationū fluctus incidit, & fortassis pudicitiā naufragiū passus, opus peccati tanq; rictus uel in utrē ceti incidit, ppheticā huius orationis reminisci, ut eadē sīde, simili cordis contritione, tam humili pietatis affectu, dño deo suo blāditur, qui solus aquas cōsiderat circundantes, et usq; ad animā intrantes, aquas passionū carnaliū & humani cordis abyssum, pelagus cōcupiscētie, uimq; sauentis & bullientis naturæ, & angustias animæ siue conscientiæ, quæ cum infesta sit per semetipsam nō potest euadere, ut respiret & resumat aures salubres castitatis & pudicitiæ, cupiditatibus, uel prauis amoribus cōclusa uelut qbusdā uectibus terræ. Se quitur. Lū angustiarēt in me anima mea, dñi recordatus sum, ut ueniat ad te oratio mea, ad templū sanctū tuū. Hoc quod iā supra diximus planè hic astruit, q; uidelicet hora uel momento, quo mittebaſ in mare, dixerit, aspiratus grā spūs, ppheticī, abiectus sum ab oculis tuis, uerūtāē rursus uidebo templū sanctū tuū. Hoc nāq; est, quod nūc ait, cum angustiaretur in me anima mea, dominī recordatus sum, ut ueniat ad te oratio mea, ad templū sanctū tuū. Et considerandū quod nouo genere oratio fiat pro oratione, dū precat. Firmitas fidei in Iona, ut oratio sua confecdat ad templū dei. Et in hoc magnā fidæ firmitas animaduertēda est, Circundatus aquis, uallatus abyssu, cooperitus pelago, cōclusus uectibus terræ, nō dubitat aut interrogat utrum orationē suam possit deus audire, utrū auris eius illuc possit adesse, & de uentre ceti, quid sibi dicatur auditu percipere, sed certū habens penes se, qā dū nihil usq; latere potest, orat fideliter, ut orationi dei tantis tamq; profundis angustijs ad se erumpere gesienti, uiam ipse faciat, uenientē ipse suscipiat. Magna hæc fides, magnū meritū habet, coram deo honorabilis est, quia docta siue erudita est sanctāq; scientiam habet. Quid em̄? Nonne oratio fidelis de boni uerbi radice pcedit? Vbūt uerbi radicatu, siue unde natū est nisi de corde dei patris, qui, ut fides catholica firmiter tenet, uerbi boni genitor est, uerbi eterni quod & ipsum deus est? Vbūt ergo cōclusus homo siue horritus spūs, ubiq; fuēt coangustatus, siue inferni, siue terræ uectibus, si apud se habet uerbi fidei, dū orat, non potest nelciri, quinimō ipso fidei uerbo uiscera dei, cor p̄fis altissimi fortiter tangit, unde est origo uerbi boni. Nos ergo ex eo quod ait, cū angustiaretur in me anima mea, dñi recordatus sum, hanc eruditonē capiamus, ut nouerimus eo rēpore, quo deficit anima nostra, & in corporis compage diuellitur, nō nos debere aliē cogitationē uertere, nisi ad eum qui & in corpore, & extra corpus noster est dñs, quia sic nostra oratio perueniet ad templū sanctū eius, ad ipsam altitudinē cœli cuius impenititas magna domus, et sanctū est templum eius. Hoc facere possunt, hanc fidē penes se in illo mortis articulo illi habere uel retinere queūt, qui in corpore uiuentes ueritatē dilexerūt, Econtra qui mendatiū diligēt, in illa hora magis nūtudine horroris p̄focati, uerbi bonum inuenire non possunt. Vnde & protinus sequi tur. Qui custodiūt vanitates, frustra misericordiā suam derelinquunt. Non dixit,

X qui fas

# COMMENTA RUPER ABBA LIB: I

**Eccl. 1.** qui faciūt uanitates, uanitas quippe uanitatū, & oia uanitas, ne dānare uideretur uniuersos  
**Custodire uanitates.** & cūcto generi hū: no denegare misericordiā, sed q custodiūt uanitates sive mendaciū, qui  
 transferūt in affeſtū cordis, q uanitates nō ſolū faciūt, ſed ita custodiūt, quaſi diligat & pur-  
 tent ſe inueniſſe theſaurū. Misericordiā (inquit) ſuā derelinquūt. Licit offenſa fit miſericor-  
 dia, quā nos i p̄m poſſumus intelligere deū, deus e m̄ meus miſericordia mea, inquit Psalms

**Pſal. 58.** ſta, tñ eos q custodiūt uanitates nō derelinquit, nō deteſtatur, ſed expreſſat ut redat, illi uer-  
 ro ſtate miſericordiā, & ultro ſe offerentē ſponte propria derelinquūt. L Ego aſit cō voce  
 laudis immolabo tibi, que cūq; youi, reddā pro ſalute mea dño. L Semius iſte eſt. Ego  
 aūt & ſi uanitatē ſeci, nō custodio illā, ſed potius uotū uoueo tibi, uotū corrigēdi, uotū obe-  
 diendi & pgendī quoq; iuſſeris, & hāc obedientiā immolabo tibi in uoce laudis, hac uo-  
 ta pro ſalute mea dño. Vanitas quippe fuit, qd te p̄cipiente, ut irē in Niniue ciuitate ma-  
 gnā, & p̄dicarē in ea, p̄occupauit ut fugerē à facie tua in Tharsis, metuēs ne cōdemnaretur

Israhel impenitēs, p̄cenitentiā à gente Niniue, & affectū gētis meæ p̄ferens uolitatiuit  
 ſed hāc ipſam uanitatē, nō custodiā, id eſt, in hac intentione nō pſitā, pſenti uocatione com-  
 monitus, q; tua uolūtas ſequēda ſit magis q; carnis affectus. Infelix Israhel fatis tāq; crebiū  
 malis flagellat⁹, adhuc uanitatis custodit p̄uaciter, coledō uitulos aureos, q; Hieroboā  
 citartifex uanitatis, nullius q̄ppe regis ſui, tpe aliquo à p̄fici ſuis reſeffit, & hoc agēdo mi-  
 ſericordiā ſuā dereliquit, Ego aūt adhuc illi cōdolens, uanū habui cōſiliū, ut à facie tua fu-  
 gerē, ſed nūc in tribulatione hac, uanitatē illā nō custodio, intentionē huiusmodi abſcio.  
 Qz ſi nō facerem, miſericordiā meam fruſtra derelinquerē: fruſtra, inquam, quia nū ex  
 inde fructū cōſequeret, neq; is, propter quē fugi à facie tua, refuga dei ſui Israhel. Igur mi-  
 ſericordia mea cōſequēt me nō dereliquat, quā ego miſericordiā nō derelinquo, q; non  
 niſi dereliquēt ſe dereliquerē cōſueuit, & nō, niſi impenitētibus, unquam ſe abſcondit.

L Eſt dixit dominus pisci, et euomuit Jonā in aridā. L Magnū hoc opus, & teſtimoniū  
 euides bonitatis, & ornipotētiae dei, qui aurē ſuā illuc uſq; inclinavit, & qd in uentre ci-  
 ti agetur, qd fides loqueret, qd oratio moliret, audiuit & appēdit, dixitq; & dicere potuit  
 pisci, ut euomeret Jonā, & hoc utiq; nō in aquā, ubi periclitaret, ſed in aridā, ubi ſeruaretur,  
 Dixit hoc plane nō motis labijs, q; nō habuit, neq; uoce elemētari, ſed illo uero p̄q; & ce-  
 tū, & ipſum mare fecit. Illius uerbi uirtute prefuſus uenter belua, prop̄hētā reddidit, q; &  
 ubi ipſum uerbū uoluit. ¶ Nunc iā ad dñi nostri Iesu Christi per Jonā, iuxta propositum, re-  
 uertentes, hanc ipſam orationē, ſecundū ipſum revoluamus, quia (ſicut iā diximus) hec or-  
 ratio prophetæ orationis eius typus eſt. Clamaui de tribulatione mea ad dñm, & exaudiuit

**Oratio Chriſti, orationē Io-**  
**næ p̄figurata**  
**Heb. 5.** plicationesq; ad eū qui poſſit ſaluu illū facere à morte, clamore ualido et lachrymis offere-  
 exauditus eſt pro ſua reuerētia. Dicat ergo Christus, clamaui, q; reuera clamore ualido cī  
 lachrymis clamauit. Vnde clamauit? De tribulatione mea (inq;) de uentre inferi. Doo dicit,  
 de tribulatione et de uentre inferi. Tribulatio ſuit illi anguſtia paſſionis, et de qua clamauit  
 ita, ut Euāgelistā reſert, q; poſtit genib⁹, factus in agonia, prolixiuſ orauit, et factus eſt ſu-  
 dor eius ſicut gutta ſanguinis decurrētis in terrā. Ab illa hora uſq; dū clamās uocem magna,

**Lucas. 22.** ſpiritū tradere, clamore ualido clamauit. Venter inferi, deſcēſus eius ad inferos fu, totaq;  
 abſconſio ſive depreſſio corporis eius q; diu in ſepulchro iacuit. Evidē de tribulatione q;  
 clamauerit, ab hominib⁹ p̄ſentialiter auditū eſt. Dixit eři inter alia quā audita ſunt u  
 ore clamantis: Heli heli, lamazabatani, hoc eſt, Deus meus deus meus, ut quid dereliqui  
 me? Et in cōſummatione tribulatiōis clamās dixit. Pater, in manus tuas cōmendo ſp̄m meū.

**Matt. 27.** Porrō de uentre inferi, quid clamauerit, auditū non potuit à quoq; mortali, ſed anteq; ſp̄l-  
 hūc mundū uenire, ſp̄us eius ſauctus in ſancta ſcriptura p̄adixit, quid clamatur uelut  
 cut et illa quā, ſicut iā diximus, clamās auditū eſt: deus meus deus meus, ut quid dereliqui  
 me? et pater in manus tuas cōmendo ſp̄m meū. Deniq; psalmus ille: Dñe deus ſalum  
 dē psalmi, uerba ſunt clamoris eius de uentre inferi, poſtulatiā celebrē glorificationē reſer-  
 vationis, qd ſine dubio prudē lector aduertit. Igitur de tribulatiōe mea (inq;) clamaui ad  
 minū, ſubauditūt, pro transgressoribus exorans, ut nō perirēt: Et exaudiuit me, ut uideſſe

**Lucas. 23.**

**Pſal. 27.**

propter passionem meam solueretur peccatum purificationis Adae, & omnia delenit peccata credentiū in me. De uentre inferti clamaui, & exaudisti uocē meā, subauditur ut nō derelinques. *Psal. 38.*  
 res in inferno aiam meā, nec dares sanctū tuū uidere corruptionē. Et piecisti me in profundiū, in cor maris, & flumē circūdedit me. Oes gurgites tui, & fluctus tui sup me transierunt. *Psal. 37.*  
 Sensus iste est. Secundū rei ueritatē exaudisti me, & secundū estimationē hominū piecisti me, iuxta Psalmū p̄memoratū, & estimatus sum cū descēdētibus in lacum, & iuxta alterius psalmū versiculū: Tu uero repulisti & despexisti, distulisti Christū tuū. Hoc enim uidebatur illis, qui insultantes & capita sua mouentes dicebant: Confidit in deo, liberet eū nunc si vult. Itaq; secundū estimationē illorū projecisti me, in profundū, in cor matis, id ē, in omne quod uoluerūt de me facere seditionē. Iudax similes mari, & flumen circūdedit me uidelicit affluens tribulatio, qua non parcētes afflixerūt me. Illi omnes gurgites tui, illi oes fluctus tui, quo sp̄s illi, super me transferūt, id est sine dubio transibūt, neq; em permanebunt, sed celere finē habebūt. Tui nāq; fuerūt gurgites tui fluctus, quia uidelicit nō in ipsorum qui me afflixerūt, sed in tua potestate erat, quicq; inundaret sup me fluctuantes insanīe illos rū. Et ego dixi: Abiectus sum à conspectu oculorū tuorū, uerūtamen rursus uidebo templū sanctū tuū. Sicut īa dixi: quia proiecisti me in profundū, ita nūc repetens, & ego dixi, inquit, Abiectus sum à conspectu oculorū tuorū, subauditur secundū estimationē illorū, sed se- cūdū rei ueritatē, rursus uidebo templū sanctū tuū, id est, ego aia q̄ descēdi ad inferos, rursus ingrediar et resumā corpus meū, qđ est templū sanctū tuū, iuxta illud: Soluite templū hoc & tribus diebus excitabo illud. Hoc aut inquit Euangelista, dicebat de templo corporis sui. Videmus factū, credimus, propter quod & loquimur, adimplētū, q̄a gurgites tui deus, gur- gites mortalitatis, & omniū fluctus miseriarū, quascūq; induxisti super nos, propter purificatoris Adae peccatū, super eū transferūt, & finē habēt, & ipse rursus uidebit templū sanctū tuū, id est resumptū corpus quod principaliter est templū sanctū tuū, & nūc in medio eccl̄iae est, quā & ipsa secundariē dicitur, & est templū sanctū tuū; & nūc in gaudio uidebit illud templū sanctū tuum: Quēadmodū dixerat: Iterum autē uidebo uos, & gaudebit cor vestrū. Vbi aut uel in quo dixerit, qđ nūc se dixisse memorat his uerbis & ego dixi: Abies etiū sum à conspectu oculorū tuorū, Psalmista tam ante hunc Ionā in quo idem Christus loquitur, prædixerat in persona ipsius. Ego aut dixi in excessu mentis meæ, projectus sum à facie oculorū tuorū. Nam qđ ait ego dixi in excessu mentis meæ, id est ac si dicat, ego præuidi in p̄funditate intellectus, q̄ excedit intelligentiā omnis creatura, subiugens, ideo exaudisti uocē oratiōis meæ, dū clamarē ad te, qđ et in isto finissimū ē, de uentre inferti clamaui, & exaudisti uocē meā, sive clamaui de tribulatiōe mea ad dñm, & exaudiuit me. In te rea considerare pulchrū est, quō itē in alio loco dicat ipse. In die tribulationis meā clamaui ad te quia exaudisti me. Maiorē quippe habet uim in sensu talis dictio, clamaui ad te quia exaudisti me, quā si ita dictū esset, exaudisti me q̄a clamaui ad te. Deniq; oes sancti idcirco exaudisti sunt, q̄a clamauerūt, iste aut sanctus sancto regē solus est, qui ueraciter dicat clamaui q̄a exaudisti me. Ipse ē enim electus ex milibus, qui solus iccirco uenit in hūc mundū clāmare pro omnibus, quia sciuit qđ pro sua reuerētia foret exaudiendus. Hoc ipse in Psalmo innuēs, p̄ os p̄phræ loquitur: Holocaustū & pro peccato nō postulasti, tūc dixi, ecce uenio. Et ē sensus: Cū ego intelligerē qđ illa de brutis animātibus sacrificia nolles, qđ nullus ex omnibus iustis de peccato ad plenū satisfaceret, tūc dixi, ecce uenio, scīes sine dubio futurū esse qđ satis facientē pro omnibus & clāmantē audires me. Hinc est qđ clāmās magna voce ad monumētū Lazari, nō orat exaudiri se, sed pater, inquit, q̄fas ego tibi q̄m exaudisti me, ego aut scibā q̄a semp me amasti me audis. Br̄ uiter aut conciudētū est, q̄a solus iste est, qui dicat clamaui ad te, quia exaudisti me, sanctus aut quilibet dicat, quia clamaui ad te exaudisti me. Sequitur: Circūdederunt me aquæ usq; ad animam meam abyssus uallauit me, & pelagus cooperuit caput meum, ad extrema montū descendī, teret uētē escōcluse, runt me in atermum, & subleuabis de corruptione uitam meam domine deus meus. Quoniam in typo Christi propheta eius, & passus est & precepit fudit, per pulchrum est singulis uoces istas ostendere prolatas, secundum ordinem passionis Christi, sicut actuum passiois eiusdem ordo processit. Circūdederunt me, inquit, aquæ usq; ad animā meam. Nimirū

Corpus Christi, templū sanctū dei.  
Iohan. 2.

Psal. 39.

Solus Christus uere dicit.  
Clamaui ad te, quia ex audiuit me.

Iohan. 17.

# COMMENT RUPER ABBA. LIB I.

- Ibid. rum quādo colegerāt pontifices & pharisæi consiliū dicētes. Quid facimus, quia hic hōmo multa signa facit &c. atq; ab illo die cogitauerūt ut interficeret eū, tunc circundederūt eum aquæ usq; ad animā, quia mortis eius quasi iudicariā præfinierūt sententiā. Ab yllis inquit, uallauit me. Iudas enim qui tradebat eum cum accepisset cohortem, & à pontificiū bus & pharisæi ministros, uenit cū laternis, & facib; & armis, tunc utiq; dominū noſterū abyssus uallauit, abyssus uidelicet iniquitatis, tenebrosum machinā secretū, secundumq; & ipſi iudicans dicit: Sed hæc est hora uestra & potestas tenebrarū & pelagus cooperat caput meū. Profecto quando principe sacerdotum dicente: Adiuro te per deū uiuū, ut dicas nobis, si tu es Chrys filius deī. Respōdit, tu dixisti. Et propter hoc cōclamauerūt dicentes: Reus est mortis, & expuerūt in facie eius, & colaphis eū ceciderūt, & palmas ei in faciem dederūt, tūc pelagus caput eius operuit. Ad extrema montium descēdi, V eraciter q; ad petitionē dicentiu: Tolle tolle, crucifige eum, & nō hunc dimittas nobis, sed Barabas & inter sceleratos reputatus est, & medius duorū latronum crucifixus est, tunc ad extremū sive nouissima montiū descendit, ita ut ueraciter de illo propheta prædixerit. Non est ipsi es ei neq; decor, & uidimus eū, & nō erat aspectus, & desiderauimus cū despectu, & novi simū uirorū. Terræ uectes cōcluserūt me in aeternū. Reuera q; cōuenerūt principes hæc Matt. 26. dotti & pharisæi ad pilatiū dicentes: Iube ergo custodiri sepulchrū eius usq; ad diem tempeſte veniant discipuli eius & surerūt eū, & illo dicente: Habetis custodiā, ite custodiā sicut scitis. Illi abeūtes munierūt sepulchrū, signates lapide cū custodibus, tūc terē uela cōcluserūt eū in aeternū secundū estimationē illo, qui gauisi sunt sup eo, nō putamus q; resurgeret, sed quod periret nomen eius in aeternū. Hoc erat fallum gaudiū, & uana p̄fīlōrum. Porro secundum rei ueritatem futurum erat, ut non uideret caro eius corruptionem. Ait ergo: Et subleuabis de corruptione uitam mēā dñe deus meus. i. conclusum uectio terræ, oppreſsum signato lapide resurgere facies me tu qui es dñs & deus meus, cuius ḡf seruus & creatura sum, secundū formā ferui, secundū humanitatem, cuius examine corporis & uectibus terræ concludi potuit. Sequitur: Cū angustiaretur in me anima mea, dñi recordat̄ sūm, ut ueniat ad te oratio mea, ad templū sanctū tuū. Angustiam anima mea uectibus patetib; ipse indicauit dicens: Tristis est anima mea usq; ad morte. Amplius aut uide eius angustiā animæ eius patet fecit, qui iuxta alium euangelistam factus in agonia, dū prolixus oraret, sudorem emisit, & factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis inter rā. Tunc, inqt, dñi recordatus sum, in eo uidelicet, ut consilio sive p̄posito dūvitatib; postponerem sensum, uel affectum carnis dicēdo, ueruntamē nō mea uoluntas, sed tua sit. Quā nā illa uoluntas erat? Vt ueniat, inquit, ad te oratio mea, ad templū sanctū tuū. Hoc uide bas tu, ut per passionem mēā ḡtēs saluarem, quemadmodum in persona mea sp̄lificantib; per os David p̄locutus est dicens: D omīn̄ dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genite, postula à me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionē tuos terminos terra. Hoc erat beneplacitū coram te ut taliter postularem, imō ego ipse & sacrificium, & oratio pro gentibus moriendo fierem. Iudeos autem quamuis cognatos sive contribuientes p̄ humanitatis affectu illis non præferrem, imō relinquerē. Quare? Nimirum quia gentibus p̄cenitentiā agentibus, isti in p̄cenitentes permanēt, & hoc est, quod cōtinuo sequitur. Quā custodiunt uanitates, frustra misericordiam suam derelinquunt. Quomodo Iudei ianuantes custodierunt? Vere multo labore, & mira obstinatione, cuius cū indicia multa sunt, hec duo tantum pro testimonio commemorare, ad p̄äsentem pertinet locum. Postquam illi occiderunt, solliciti fuerunt munire sepulchrū, signantes lapidem cū custodibus, caudam istam fingentes, ne forte ueniant discipuli eius & furentur eū. V eraciter aut̄ hoc intendentes, quod & si post tres dies reuivisceret, sicut recordabantur eū p̄dixisse, non posset post dire lapide oppressus, & sicut hic habemus, uectibus terræ conclusus. Deinde cū quidam de custodibus uenissent in ciuitatem & nūciassent principib; sacerdotū, omnia que facta fuerant, illi congregati cum seniorib; consilio accepto, pecunia copiosa dederunt milib; dicens. Dicite quia discipuli eius uenerunt nocte, & furati sunt eum nobis domib; Ita laborauerunt custodiare uanitatem suam, ut etiā pecunia darent copiosam, propter uanitatem custodiendā, ut in mēdacio detinere possent ueritatem dei. Quae uanitas magna
- Vanitates Iudeorum contra Christum
- Mat. 28.

IN IONAM PROPHET: CAP. II. Fo. CXXIII.

est & maior, q̄ ut uerbis eā quis possit cōsequi. Hoc ergo facientes, misericordiā suā relique  
runt, id est, grām remissionis peccatorū sperauerūt. ¶ Vnde notandum, quia nō dixi, qui faci  
unt uanitates, frustra misericordiā suā derelinquent. Nec eī aditū misericordiæ perdidis  
sem, pro eo q̄ occidendo Christū, uanitatē fecerunt, nisi etiā permanēdo in incredulitate,  
suāq̄ perfidiā ponēdo cōtra fidē euāgeliū, uanitates custodissent. Proinde multo melius di  
ctū est, misericordiā suā dereliquerūt, q̄ si dicas, misericordiā sua illos dereliquit, q̄a uideli  
cet misericordiā nullū derelinquit, sed eā derelinquunt oēs custodes uanitatis, oēs defenso  
res perpetratæ iniquitatis. ¶ Illud quoq̄ nō prætereundū, qd̄ dicendo derelinquent miseri  
cordiā, addit suā, quia uidelicet propheticus (ut iā tractauimus de Iudæis) sermo est, quorū  
Christus primū misericordia est. Eoq; eī adoptio est filiorū, ut ait Ap̄lus, & gloria & teſ Ro. 9.  
stamentū, & legislatiō, & obsequiū, & promissiō, quorū patres & ex quibus Christus secun  
dū carnē, qui est sup omnia deus benedictus in secula amē. Igitur Iudei uanitates custodi  
endo idē uerbū dei repellēdo, & indignos uitæ æternæ semetipſos iudicādo, misericordiā  
suā dereliquerūt, & misericordiā nō derelinquentē, imò uisitante eos repulerūt, tēpus uisita  
tionis suā cognoscere nolētes, nō misericordiā sempiternā, sed gloriā temporalē quārentes.  
¶ Sed uide adhuc q̄a dicitur misericordiā suā dereliquerūt, p̄misit fruſtra. Nec eī saltem  
hoc seruare potuerūt, qd̄ occidēdo Christū, sibimet referuare putauerūt, scilicet locū & gē  
rē, imò & lucrosum rēpli uel sacerdotij sui priuilegiū, pro q̄ cōtra oēs gētes spū superbiā ni  
mis elati, nomē magnū & grande emolumētū, tanq̄ peculiariſ unius dei populus capiebat  
de toto orbe terrarū. Nō est factū secundū spēm illogi, sed ficut ipſi uerbū dei repellēdo, ut  
iā dictū est, indignos uitæ æternæ semetipſos iudicauerūt, ita etiā felicitate p̄sentis uitæ in  
digni iudicati sunt, ut caderēt in ore gladij, & amissio loco, ducerētur in oēs gētes captiui. E  
go aut̄ in uoce laudis immolabo tibi, quæcūq; uoui reddā pro salute mea dño. Illi aut̄ mife  
ricordiā suā derelinquūt, sed propter eos misericordiæ laus & gloria minor nō erit. Nā ego  
in uoce laudis immolabo tibi, linguis alias pro linguis eorū acquirā, ut cantēt tibi, ficut alibi Psal. 96  
scriptū est. Propterea cōfitebor tibi in populis, & psalmū dicā tibi in gētibus. Quæcūq; uo  
ui reddā pro salute mea dño, id est, ita gentes notitia tui nominis instruā, ita tuæ dilectionis  
igne accendā, ut uota multo plura q̄ unq̄ Iudei uouerūt, pro salute sua uoueant & reddant  
Hac ita dicit ut obediēs, quippe ut Ap̄lus ait, didic̄t ex ih̄s q̄ paſſus est, obedientiā. Siquidē Heb. 5.  
paſſionibus & ipſa morte eruditus est ad impaſſibilitatē, qui eatenus paſſibilis pro carnis af  
fectu, fluerat sup gentē suā, sicq̄ immutatus est cūctis affectibus eiusmodi depositis, ut pa  
ratā voluntatē haberet, relinqueret illis domū suā desertā, & cōuerti ad gentes. Eius taliter Psal. 107.  
eruditu uox illa p̄ Psalmistā deſrompta est: Paratū cor meū deus, paratū cor meū, cantabo  
& psallā in gloria mea. Nā qd̄ protinus ſequitur: Exurge gloria mea, exurge psalteriū & ci  
thara, uox est patris ſue diuinitatis, carnē de ſepulchro uſcitanſ. Vnde & in hoc prophetā  
in typū eius cōtinuo ſubiuit etū est: Et dixit dñs p̄ſci, & euomuit Ionā in aridā. Dixit enim A&z.  
dñs terræ et morti, et hūc dñm noſtri Iesum Christum qui erat mortuus, redidit ad uitam  
ſoluit in ferri doloribus, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab illo.

¶ Finis libri primi in Ionam prophetam.

RUPERTI ABBATIS  
TVITIENSIS IN IONAM PROPHETA M.  
COMMENTARIORVM LIBER SECUNDVS.

 Am in typū domini nostri Iesu Christi, qui (ut ſupra memorauimus) ſecun  
dum Apostolum didic̄t ex his quæ paſſus est obedientiam, Ionas quoq; do  
ctus erat per tribulationis magnitudinem obedientium eſſe imperio cœleſti,  
& ad hoc promptam gerebat uoluntatem, uoto aſtrictus in uentre ceti, ficut  
& ipſe indicat, dicendo: Quæcūq; uoui, reddam pro salute mea domino.  
Hoc uotum proſpiciens dixerat dominus p̄ſci, et euomuit Ionā in aridā. His enarratis  
X 3 sequitur